



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

VI

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

fiam suam auxit. Tandem providentiâ Dei, (per  
vias nobis ignotas ambulante ac procedente,)   
â proprio & incauto seruo vulneratus, anno re-  
giminis 12. maximo peccatorum dolore, sacris  
omnibus munitus inter IESV & MARIÆ  
*salutifera nomina* dulcissimè expiravit, in sua Ec-  
clesia ante Aram Principem sepultus. Vir hero-  
icâ, ac Apostolicâ planè fortitudine inclytus,  
nec animi demissione minor, quàm eminens Ec-  
clesiasticâ dignitate. *Chron. Osnab.*

## VI

**T**HEODORVS de *Goch* vir nobilis & pru-  
dens, *Misnensium Cathedram* ascendit, eam-  
que ordine Vigésimus Nonus tenuit; nec quid-  
quam aliud, nisi *Patrem Patriæ* audijse, & fuis-  
se, avara nobis de ipso consignavit antiquitas,  
familiarè illi vitium. *Chron. Eccles. Misn.*

S. BALDERICVS *Stirpe* & Domo CLIVIVS,  
Cleri, Nobilitâtis, Populique incredibili con-  
sensu, *Vltraiectinæ Cathedra* impositus est,  
Præsul in ordine *Decimus Quintus*, cuius glorio-  
sa facinora & imitationem nobis sustulit invidi-  
osa seu incuria antiquitas, quæ de ipso nisi mor-  
tem A. Christi. 977. obitam & præter nomen,  
nihil

nihil reliquit: Similemque negligentiam & errorem in eiusdem cognato BALDVINO CLIVENSI Comite designans, cuius solum ex orbe hoc discessum sub annum D. CCCXCVI memorat, adijciendo *Praesulem Vltraiectinum* in ordine XVII sedisse. *Bucel. Chronicon.*

## IX

CASTROMONTII depositio illustrissimæ viduæ Comitissæ WALDETRVDIS, quæ sancti DENTILINI *Resse* in *Clivia* quiescentis, aliorumque trium Sanctorum FILIORVM MATER viduis omnibus Christianâ submissione, patientiâ, mansuetudine venerabilis extitit. Gloriosæ cæli Reginae supra quam satis explicari possit, addicta. Familiare illi fuit Beatissimam Virginem novies verbis Angelicis salutare, in honorem novem mensium, quibus Christus in eius utero habitavit. Eiusdem etiam Matris patrocinio vitam omnem ab omni lethali noxa immunem duxit. Mors illius plenissima fuit tenerrimæ pietatis, à Deo etiam miraculis honorata. *Ex Canis.*

## X.

ANNO Comes de *Blanckenberg* virtute & eruditione nobilissimam suam gentem ornans

L 2

vir